



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

32. De splendore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

et aeterno iudicii suo poenas, & aliquas laniatorum corporum preferant cicotrices. Sceleratissime mortalium, omnia persecutionis mala, ita temperas, ut excludas & in peccato vestiam, & in confessione martyrium.

Hæc fulmina sunt. Quid verò ipse Hieronymus nemini in hoc stylo inferior, quomodo Iovinianum exagitat?

D. Hiero. lib. 2. aduersus Iovinianum vchmen. Iovinianus Protesus Christum Zenone commutat. Atrebatum & Laodicea ornatus mollis descriptio. Aquiliculus. Idem in Sabinianu. Sabinianus.

Miror quomodo serpens lubricus, & Proteus noster, in variatum se mutat. potentia formarum. Qui enim in coitu, & in saturitate Epicureus est, subito in retributione meritum Stoicus efficitur. Hierosolymam Cithio, Quedam Cypio, Christum Zenone commutat.

Ante nudo eras pede, modo non solum calciato, sed & ornato. Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus, & pallidus, & callosam opere gestitans manum, nunc lineis, & sericis vestibus, & Atrebatum, ac Laodicea ornatus indumētis incedis. Rubent buccæ, nitet cutis, coma in occipitium, frontemque tornantur: protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obelis faucibus suffocata verba promuntur.

Et quo stylo Sabinianum perstringit epist. II. Hæc tu bonæ spei colamen, excute stimulis inflammatus, factus es mihi in arcum peruersum, & contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum vera dicens. Nō doleo de maledictis. Quis enim nesciat, nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari, hoc plango, quod te ipsum non plangis quod te non sentis mortuum, quod quasi gladiator paratus Libitinae in proprium funus ornaris, & car. Diuus quoque Bernardus, fluens alias lactea styli amœnitate, ubi agit in hostes religionis, & virtutis, suis aculeis non caret. Aduerte ut in pseudo legatum Antipapæ rem gerat in quadam ad Episcopos Gallie epistola.

Quid nisi ante oculos vestros conantur, si patimini proficere Christum? iam nouus apud vos suo Papæ cudit legatus Episcopos, ne soli sit sibi Papa. Nec mortuis successores; sed viuis inuales, tyrannica fretus potentia, superintrudit.

Nunquid autem talia gratis legatus æditat pro Papa suo? En ille totam, ut is gloriatur, Franciam, atque Burgundiam legationi eius antiquæ superaddidit. Potest & adiungete si vult Medos, & Persas, & medios fines Decapoleos. Quare nō & ultra Sauromas, & quæcunque denique locum calcauerit pes suus, suus sit, quo vel vacuis non inibus gloriatur?

O homo non minus sine fronte, quā sine mente, nec Dei memor timoris, nec lux honestatis. & ceter. Quid Diuum Gregorium Nazianzenum in Iulianum, & ceteros commemorem? cum quibus profani non mihi videntur comparandi.

Hæc virtus incitatur potius excelso animi vigore, & iustæ iracundiæ stimulis, quā a finarum præceptis pendear. Obseruandum tamen non temerè hoc genus dicendi admittendum, sanari multa diæta, quæ nequeunt Chirurgia, mansuetiora semper placere consilia, parum honestum videri apud sapientes rixari, hæc tela cōtra improbos peruicaces, & obstinatos necessitate distringenda, cum alijs remedijs sanari non possint. Præterea curare oportet, ne ex triuijs maledicta sumantur, sed ea quæ generosam grauitatem spirent. Licentius autē in istis fertur oratio, & plerumque etiam in calore ingenij noua verba cōminiscitur, ut sunt illa Demosthenis *ἰαμφορὰς* & *γρημυα*

Vchmen. Vigore, & iustæ iracundiæ stimulis, quā a finarum præceptis pendear. Obseruandum tamen non temerè hoc genus dicendi admittendum, sanari multa diæta, quæ nequeunt Chirurgia, mansuetiora semper placere consilia, parum honestum videri apud sapientes rixari, hæc tela cōtra improbos peruicaces, & obstinatos necessitate distringenda, cum alijs remedijs sanari non possint. Præterea curare oportet, ne ex triuijs maledicta sumantur, sed ea quæ generosam grauitatem spirent. Licentius autē in istis fertur oratio, & plerumque etiam in calore ingenij noua verba cōminiscitur, ut sunt illa Demosthenis *ἰαμφορὰς* & *γρημυα*

*ῥαβδῶν*, quæ nunquam dixisset, nisi iratus. Periodi curandæ non sunt: nam si in hoc genere periodos elaboras, periade est (inquit Demetrius) ac si vincitum hominem pugnare iubeas.

Vchmen. non affecta. periodos. Demet. Phal. in lib. πρὶ ἰσχυρ.

De Splendore.

CAPVT XXXII.

Tertia virtus grauitatis ea est, quæ ab Hermogene dicitur *ἀμφορὰς*, splendor, qui fit ubi orator nonnulla de se, & suis rebus gestis magnificè prædicat: *ἐπὶ τοῖς διαπραξέσσι τῆς γων* *ῥαβδῶν* *αἰετὶ* *ἡμῶν* *ἀνδρῶν* *πρῶτος*.

Nota ea tantum commemoranda, quæ veram, & solidam gloriam habere existimentur, alioqui, si quis se ob rem modicam iactantius efferrat, plus concitat risus, quam sibi cōciliat grauitatis, & cum omnis de proprijs laudibus sermo fermè sit auditoribus importunus, tum maximè is, qui virtutis, & gloriæ fundamentum non habet.

Ex quo dubium esse poterit, an ad grauitatem pertineat, sua commemorare, cum omnes ferè tam sint alienatum laudum impatientes, quàm suarum auidi. Veram ubi causâ postulat, & ea sunt ab oratore gesta, quæ sinceram laudem mereantur, nō est vanum commemorare, imò sæpè multū gratiæ, & venustatis habet, modò aurea mediocritate temperetur. Atque in eo fatendum est Demosthenem sæpè Ciceroi præstitisse, ille enim grauitèr admodum,

Splendor. Hermog. *ῥαβδῶν* *αἰετὶ* *ἡμῶν* *ἀνδρῶν* *πρῶτος*.

Lau. suis quando permissa.

Dem. Abbes sapi in sua laudibus parcat.

dum, & temperatè se laudat, vt in oratione *πικρισμῶν*, vbi cũ de suis laudibus esset dicturus, artificiosissimè præfatur veniam, & se aduersarij importunitate, in eam dicendi necessitatem compulsū ostendit, vt sine rerum gestarum suarum commemoratione non possit se defendere. Ad summum, quæ adfert, aliqua moderatione lenit, & temperat, vt: *οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλινθίοις ἔγῳ, οὐδ' ἐπὶ τέτοις μέγισον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, ἀλλ' ἔδω βάλῃ τὸν ἐμὸν τεχισμὸν.* Non ego lapidibus, neque lateribus urbem munivi, non his de rebus, non ob hoc opus maximè glorior. Sed si meam voles munitionem, & cetera. At Cicero longè magnificentius, sed inuidiosius (Ego tela extremo mense consularis mei intenti iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorsit. Ego facies iam accensas ad huius urbis incendium comprehēdi, & extinxi. Me Q. Carulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo senatu parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propè te sedet, L. Cælius, his audientibus ciuicam coronam debere a se dixit. Mihi togato Senatus, non vt in ultis, bene gesta, sed vt nemini conseruata: eijs singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit) & cetera, quæ ibidem fufissimè prosequitur, quæ licet grauissima sint, sæpius tamen repetita non placent. Omnino considerandum est, quis & apud quos dicat, quibusue auribus audiatur. Mirificè D. Paulus hanc figuram pertexit in illa nobili sua laudatione ad Corinthios, vbi Phocius notat insipientem esse oratorem, qui vanè se iactat, & inaniter gloriatur. Qui autem de seipso, & magna dicit, & vera, idque causa vtilitatis animæ, videbitur insipientiæ verba dicere quantum ad speciem, non tamen insipiens est, sed prudens admodum, & quæ prudentissimi sunt, operatur, quodd expertem rationis calumniam ob aliorum salutem, & incolumitatem despexit.

Cicero of-  
fusor...

D. Paulus  
sua lauda-  
tione...

*ἡ ἰσχυρότης, & σφοδρότης, & τὸ ὑπὸ τῆς λαμπρότητος.* Virtus est perfectissima, quæ ex temperate asperitatis, vehementiæ, & splendoris emergit, vt *Νοσημα γοῦ, ὁ ἀδρῆς Αθηναῖοι, δεῖδον ἐμπέπλων εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλὰ τινος εὐτυχίας, καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπαιμαλίας, δι' οὐδὲν Μόρβου.* Athenienses, inuasit Græciam grauissimus, idemque difficillimus, qui fortunam magnam, Demostheni & vestram curationem requirit. Vt igitur *πικρισμῶν* ἀκμή, κίσις, flos, & vigor ætatis appellatur, sic *πικρισμῶν* ἀκμή τῶν λόγων est viuuda quædam, & florens oratio, quæ nihil humile, nihil repens, nihil demissum, aut otiosum habeat. Plena sunt exemplis apud Ciceronem omnia, maximè in Philippicis, in quibus maior est orationis vigor. Non est, non est vobis, Quiritites, cum eo non certo men, cum quo aliqua pacis conditio esse possit: neque enim ille seruitutem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. Nullus ei videtur esse iucundior, quam crucior, quam cædes, quam autè oculos trucidatio ciuium, & cetera.

Cic. Philip.

De Ambitu, Sive Amplificatione.  
CAP. V. XXXIV.

Quinta virtus enumeratur ab Hermogene, *Ambitus* quæ vocatur *πικρισμῶν*, Latini oratione cit. quid? cum ductam reddunt, quæ quidem nullo pacto mihi differre videtur, ab ea, quam *ὑψηλὸν* Dionysius Longinus appellat, quæ est, vt ait idem, *Longinus συμπληρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐπιφερομένων πικρισμῶν.* *ὡς τὸις πράγμασι δρίων, καὶ τῶν ἐπιφερομένων τῆς ὑψηλότητος τὸ κατασκευάζειν.* Est plenissima amplificatio ab omnibus locis, & adiunctis, quæ in rem cadere possunt, quæ frequentatione rerum, & commemoracione orationem corroborant.

Hæc cum Hermogene consentiunt, qui *Ambitus* *πικρισμῶν* ait fieri, modo rem à genere tanquam *quomodo* fonte, à thesi scilicet ad hypothesin arcessedo, *sicut* modo singulas discutiendo circūstantias, modo commemoracionibus varijs vtendo, ex quibus oratio sensu crescit, & leuioribus prætexta principijs ad summum efflorescit decus.

Prima autem amplificandi ratio est, quæ à *Ambitus* Rhetoribus dicitur *τοκμηγία* locorum expli *sive* amplificatio, dici non potest quantum ad ratione *sive* amplificacionis faciat, cum artificiosa subtilitatem 4.

De Vigore.

CAP. V. XXXIII.

*Vigore quid?* Ex his virtutibus, temperatis, quarta suboritur, quam Rhetores *ἀκμὴν* nominant, quæ (vt ait Hermogenes) est *μῆξις τῶν ἀπὸ*

Vigore quid?  
ἀκμὴν.